

Johann Sleker Friedrich Habersack

Exercitationum Philosophicarum Quarta. De Veritatis Cognoscendae Facultate, Facilitate, Vi, Ac Difficultate


Rostochii: Pedanus, 1612

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729131521>

Druck Freier  Zugang



F. Leker.
R. U. phil. 1612.



4 / 9.
D. T. O. M. A.

Exercitationum Philosophicarum

Quarta. 148

DE VERITATIS

COGNOSCENDÆ FA-

CULTURE, FACILITATE, VI,

AD DIFFICULTATE.

PUBLICHE PROPOSITA

à

M. JOHANNĒ SLEKERO

Ph. P. P.

RESPONDENTE

FRIDERICO HABERSACH

Lippia - Westph.

Habebitur disputatio in auditorio Septentrionali 21. Octob.



ROSTOCHII

Typis exscripsit Joachimus Pedanus

ANNO M. DC. XII.



Veritas in rebus : appetitus cognoscendi in nobis : Ergo & facultas :
quam ipsa veritas nonnunquam impellat : quod probo : veritatis cognitio-
nem partim facilem partim difficilem, explico, utriusq; causam do; quæstio-
nem dissolvo, Nequid abstractorū Quidditativa notitia nobis sit possibilis?

THESIS I.



Oc ergo natura nostra fundamentum ; hic primus Vide disp. Terciam.
Intellectus nostri status : ea fames sitūq; cognoscen-
di, quem diximus, & fausto nova dissertationis
diximus auspicio.

2. Praclare namq; Averr. 2. Metaph. com. 1.
Ab omnibus (inquit) concessum est Nullam rem in
fundamento natura otiosam esse. Nec minus eleganter Themist. 2.
an. 1. 13. nihil in natura rebus, (quod à natura,) torpere, nihil feriar-
rii sua in singulis ingenia contineri : officia quaq; & gestiones suas
agnoscere, agitare, & quasi pensa absolvere.

3. Et quid ergo homo ? Anne qui natura intellectualis est, ad
intellectionis palastram non descendat ? anne qui in potentia est
Intellectus noster, ad ἐπιτέλειαν non aspiret ? Anne, qui natura sci-
re desiderat, certum cupita rei fructum assequi non poterit ?

4. Ad Heraclitum abeant & Cratylum, quibus sic delirare
visum est. Nos ducem contra hos sequemur Arist. qui 1. Metaph.
c. 6. 4. Metaph. c. 5. rebus quidem ipsis veritatem ac constantiam
nobis vero comprahensionis scientiaq; δὲ ἄρα μὴ σαφῆς τὴν ἀλήθειαν
dedit: ut cum Averr. nunc rectissime possimus concludere: Nulla res
in fundamento natura ociosa est. At desiderium cognoscendi, est in
fundamento natura. Ergo non frustra.

5. Esse autem frustra, si vel in rebus ipsis nulla veritatis con-
stantia, vel nulla in nobis comprahendendi facultas.

6. Nec pluribus hic opus est, si quibus in rem presentem veni-
re libido sit. Nulla enim peregrina res est (ait Cassiod. de Anima
c. 1.) de sensu proprio, Intellectu loqui : quando sibi Natura interro-
gata respondet : nec longe tendit, ut se invenire praevaleat.

7. In veritatis ergo contemplatione, facilitatem nonnunquam experitur Intellectus; plerumque difficultatem. 2. Metaph. 1. 1.

8. Cujusce quidem rei indicium est, quod neque eam (αὐτὸς) prodignitate quisquam assequi potuerit, (tanta nimirum rei difficultas est) nec ullum tamen in obscurissimis etiam natura salubris indagine hactenus solentiori versatus sit, quin veritati propior factus ad gazophylacium ejus (ut hoc loco ait Scotus) aliquid contulisse videatur.

9. Qua res in obscuritate natura majori philosophantium disensionem magis obnoxia, quam ipsa Principiorum ratio? Et tamen in Contrarietate principiorum, (id quod totius rei caput est) conspirasse omnes, non ratione aliqua ductos, sed quasi coactos ab ipsa veritate, Arist. 1. Phys. 1. 48. testis est.

10. Coactos autem? Et ab ipsa veritate? Ita inquam Aristoteles, & vere. Quamvis ejusce rei rationem, qui Platonica Philosophia insistant, expeditam habeat: nobis explicatu difficilior sit. Et paucissimis interpretibus hoc in loco (1. Phys. 1. 48.) tacta: quam tamen in transcurso ex naturali illo sciendi appetitu hinc vertagum investigare promptum est.

11. Nihil appetentius similitum sui, nihil rapacius quam natura. Cic. in Lal.

12. Hac ipsa est, qua tacito quodam sensu, absque ulla vel arte vel ratione ad objectum suum fertur, inque eo praesenti amplectendo, simplici illa naturalis inclinationis versatur impulsu. Nisi quod ipsa natura artificiosa sit, & habeat quasi viam quandam & sectam, quam in bono & perfectione sibi asciscenda sequatur, Cic. 2. de nat. D.

13. Hinc constat, bonis inter bonos, quasi necessariam benevolentiam esse. Cic. in Lal. Hinc illis lucis hujus amor: tenebrarum fuga. Et oscitantem qui viderit quod oscitare incipiat: consentiente videlicet natura animantium inter se: qua & affici mutuo optissima est, maxime brutorum. Alex. in probl.

14. An quod in homine ratio sese interponens, corrigere nonnunquam vel inducere satagat, quod primo illo natura appulsu erat insinuatum? Ita est profecto: non in faminis tantum (quarum quae
à delis-

& deliberata mente, pejora habentur consilias prima meliora) sed ipsi philosophi.

15. Antiqui enim illi, quod primo & simplici transmutationum naturalium intuitu ἀρετῶν conceperant, ἀρετῶν tenuisse dicuntur; non decretorum aliqua scientia, (in hū enim mentium caligo: nec error tantum, sed errorum sese ostentavit amor) sed ut in tripode Musarum, ipsi parum (sui conscij, solius veritatis quasi afflatu. Vide n. Phys. 1. 39. 43. 44.)

16. Quam multa enim ὁρθῶς dicuntur, rei nimirum ipsi consentaneas qua σίψος spectes dicentes, τῶν ἐιδότων dicta merito habeantur? Nempe quod naturali quadam (de divinis alibi sermo) conspiratione & assensu peracta sint. Sicut alia ejusdem natura vi ἀντιπαθέα quadam disjunguntur.

17. Non amo te Volusi, inquit Catullus, nec possum dicere quare; Hoc tantum possum dicere, Non amo te. Et quid mirum si veritatis aliqua vis sit, vel omnium sibi, vel meliorum depescens assensum? Ut n. homines propius aberant ab ortu & divina progenie, hoc etiam melius ea, qua erant vera animadvertisse, credimus Platoni: Imò Aristoteli: apud quem ἀλαϊῶν λόγων mentis honorifica, & auctoritas prima, quod quisq. sibi persuasum habere debeat, veteres, ac maxime patrias traditiones esse verissimas.

18. In omnibus tamen Natura inest divinum quiddam, per quod in idem tendunt. 7. Eth. c. 13. Adeoq. recte Hesiodus, Fama autem haud dubie non funditus interit illa. Quā multi celebrant populi.

19. Sic ergo Intellectus noster sciendi desiderio excitatus, hac interna mentis commotione, & quasi Apollinei numinū (ut Jamblichus dicebat) contactu, ex rerum imaginibus, verum sibi cognatum, firma conjectura elicit & necessitate quadam suscipit; magno & facultatis & facilitatis ejus, qua de hic loquimur, argumento: qua resurgent, sive ministeria sensuum spectes, (quorum certo, judicio, ut Lucretius ait, vera & falsa notantur) seu primorum principiorum (scilicet complexorum) evidentiam, qua (ese clarissima luce intellectui sistunt.

20. Quam quidem ob causam naturaliter nobis, & ex se nota esse

esse dicuntur; non, quasi actu ipso insita sint, (error enim hic est, alibi refutandus) sed quod simpli cibus eorum terminis perceptis, firmo & necessario planèq; naturali mentis assensu absq; ulla difficultate vel errore suscipiantur.

21. Quid? quod in omni doctrina institutione quarundam antecedente & quasi praecurrente notitia ad disciplinarum adyta deducamur. 1. Post. t. 1. qua domi vel sponte nobis nascuntur, & jamquam ipsam contemplationis secretioris ostendunt.

22. Janua vero hac aperta, ut quæq; maxime praclara, sic laboriosa egere disquisitione videbuntur. Nec velle ac posse in aquo hic positum, nisi Carneadii exemplo tanta rerum difficultati par studium accedat discentis.

23. Imò ne sic quidem à *Æius* ad veritatis notitiam accedere nos posses, Arist. hic praclare docet, & testatur experientia. Deus ipse veram in tabulis divina Legis causam revelavit: & si qua alia ex natura possit luce derivari, ad eam reliquas disquisitionis hujus partes age transferamus.

24. Et hac in re, vide mihi, quàm se aliqua facile dant; alia, iisdem cum Veritate nodis in voluta latent. Aut enim in rebus cognoscendis, aut Intellectu cognoscente positam difficultatis causam; id mehercules cognitu facilimum. Sed in quonam horum? id vero ambiguum est.

25. Rebus ipsis, perenni motu defluentibus, causam ascribas Heraclitus. Aristoteles in nobis eam ponit, & ratione probat. Alij questione ad arbitrium vocata, & his & illis acceptam ferunt: Ad quorum sententiam quoties descendere mihi libido est, hocce me certarum assertionum committere placet vehiculo.

26. Intellectus & Intelligibile ut Intellectionis connubio aptè facileq; jungantur, paria esse necesse est, & mutua proportione jam inter se affecta: Valer enim & hic quod dicitur. Si qua velis aptè nubere nube pari.

27. Ut virtus omnis, Ita & Intellectionis hac potestas, ipsius intellectualis essentia modum, praescriptionemq; sequitur; ut in finito finitas; in Infinito infinita sit.

Si

28. Si tanta sit cognoscendi potestas, quantum cognoscibilitatis in ipso objecto; & rursus: magnā ex hac aquabilitate, cognoscendi facilitatē arguo, idq; sensuū exemplo, quo nihil hic accommodatius est.

29. Ea vero in quibus non est, etsi difficultatem pariat & obscuritatem Intellectionis, Intellectionem tamen non plane tollit; nec proportionis illam rationem evertit. Tantum enim ab excellenti cognosces objecto, quantum ad recipientis conditionem sese trahi, objecti permittet natura.

30. Incrementum ergo hic aliquod est, siue Intellectum respiciat, siue objectum: prout vel illud, vel hoc, nobilitatē alterius excedit.

31. Quo intellectus perfectior atq; sublimior est, eo non tantum cognatas sibi in illo nobilitatis censu res insuebitur exactius, sed etiam longe remotas & infra se positas.

32. Quicquid Intellectum in potentia existentem ad Intellectionis actum deducere debet, id actu ut sit necesse est: Imò ut spirituale & immateriale etiam sit, necesse est; ad minimum in esse representativo, quod obtinet in specie sua intelligibili.

33. Nihil ergo per se intelligi natum est, quod Ens non sit, imò quod Ens actu non sit.

34. Et quantum res unaquaq; magis actu, (ut Deus & Intelligentia) tanto etiam ex se magis intelligibilis, ex se inquam, non tamen nobis. Et huc pertinet jam Aristotelis illud Quomodo oculus se habent ad lumen diurnū, ita & anima nostra mens ad ea, quae natura sua sunt omnium manifestissima.

35. Obscura ergo haec nobis propter excellentiam nobilitatis, (inquit Scal.) cuius fulgori comparatus intellectus pene tenebrosus est. Ut quae in his cognoscendis (si modo cognosci possunt) difficultas est, ejus omnis sit causa in nobis. Absq; hac fuerit, inquit Thomas, & cur maxime intelligibile non maxime intelligatur?

36. Alia contra latent nos propter exiguitatem naturae suae, quae nullam pene sui speciem creare possunt in animis nostris; ut materia prima: quae à mortalium cognitione tam longe sita est, vix ut olim adulterina etiam notione, (ut Plato profiteretur) cognita, unius Aristoteli cultu (analogie beneficio) sera ceperit incrementa. Scal. proem. l. de pl.

37. Et tamen hoc aëro repertus, qui cum τῶν νοητῶν scientiam constitueret,
primum

primum totius aedificij quasi lapidem posuit ipsum nihil: magno hercules infirmitate
disquisitionis convitio, si quispiam ex nobis rogare ausit, An nihili cognitio faci-
lis sit an difficilis?

38. Sed nobis hic redeundum ad id, quod quidem in disquisitione hac proxi-
mum est, Nunquid videlicet ad hunc rerum à materia abstractarum solem profugio-
dum, Intellectus noster planè cæcus, an saltem tenebrosus sit?

39. Aliter enim in similitudine illa Vespertilionum explicanda Averroes, aliter
Thomas versetur; aliter alij, prout nempe unusquisq; affectus est erga questionem
hanc Ecquid de Intelligentijs, quorum Rex ipse Deus est, Quidditativa nobis aliqua
cognitio reliqua sit?

40. Averr. l. de anima beat. c. 3. totum se inquit evoluisse Arist. nec sibi tamen
questionis hujus solutionem ait repertam: ideoq; nullibi eam definitam profiteretur
2. an. 36. Cum alij tamen ex 9. Metaph. t. 22. 12. Metaph. t. 3. non obscuram
hujusce rei conjecturam capiant.


41. Scoti cum Thoma in hac etiam questione magna pugna est, dum illa non
levi contentione affirmat, hic negat. Nobis cum Ag. Ferr. Caset. Fons. &c. ly positæ
videretur in verbis: quod sc. notionem Quidditativam aliter hic, aliter accipit ille.

42. Neq; enim tam insolenti Scotus ingenio est, ut Deum per omnia predicata,
essentia ejus congrua, usq; ad ultimas quasi differentias ab homine cognosci posse exi-
stimer. Neq; etiam negat Thomas, cognosci de illo posse, quod maxime ei essen-
tiale, nimirum Quod sit Ipsum Ens & esse suum: quod Esse illius sit Esse per
essentiam &c.

43. In quibus ipsis tamen cognoscendis & maxima tenuitas, & summa diffi-
cultas est: primum quod Intellectus noster, phantasmata speculari consuetus, nisi per
corporeos rerum conceptus nihil intelligat: Et hi vero abstractissima illi essentia
pares esse non possint.

44. Tum vero se offert, summa illa & infinita Dei perfectio, quam si cognosce-
res tu, inquit elegenter Cardanus, (lib. de Deo & Univ.) Deus esses. Solus enim se-
ipsum novit, qui omnia novit, cum sit omnia, super omnia, præter omnia: $\tau\omicron\sigma\upsilon\varsigma$
 $\epsilon\chi\omega\nu\ \tau\omicron\ \tau\omicron\epsilon\pi\epsilon\sigma\tau\omicron\nu$, ut Hierotheus inquit apud Dionys.

45. Obstat & unitas illa maxime simplex, & simplicitas maxime una: secun-
dum quam omnia primi Entis attributa, licet purissima simplicitate uniantur:
Intellectus tamen in concipiendis illis, in plures resolvitur conceptus, & in
plura distrabit, quod in se eminenter unum est.



lud contineri quod voce unius exprimitur, & affertur, superiori disp. th. 49. & seq. constitutum esse, nempe unum non esse Indivisionem sed Ens significati videlicet adequato. Indivisionem vero Entis rationem, Enti superadditum, rationem unius


38. In Unitatis autem notionis cum duplici conceptus, 1. Entitatis indivise, 2. privationis Enti juri possit, Nunquid unum primò dicat Ens, vel in primum illum conceptum secundo anteposimus. quod superiori disp. th. 36. jam ante constitutum

39. Quibus recta ratione comparatis facit inquit Arist: Unum non esse prater Ens: unum esse naturam, propterea quod se invicem sequantur una ratione significantur: 4. Met. t. 3. & quod in aut simpliciter, aut prout est unum, indivisibile est. Ego enim qua unus sum, individuus sum, neque scilicet quemadmodum homo universale, ut in aliis hominibus. Qua vero sum quantus, dividuus sum. &c.

40. Neque obscurum esse potest, quam plane rationes Temporalium 2. c. 3. q. 11. eò quod unum non vel indiviso: sed Ens indivisum. Et (verba absurda non sit, tribuere Deo nomina privationis vel imperfectionem significant, cum id, cujus absentiam imperfectionem importet.

41. Imò vero, si extra ens consideretur unum non designati: ita omnem quam habet, ab Ente etiam respectu magis & minus accipit: Et omnino ipso, quatenus ens, vel tale Ens, simplicitatis vel imperfectionis vel imperfectionis est, id omne unitati rationem cum Ente, commune est.

42. Ex eodem hoc fundamento enascitur, quod respondendum est: In quibus ut plerumque recte dicitur concluditur, veritati sententiae proposita nequaquam



the scale towards document

077